

tis patriæ desiderium inflammavit. Reversus in patriam, & singulari visione à beatissima Virgine in Servorum suorum familiam nuper institutam vocatus, in Senarii montis antrum concessit, ubi asperam quidem, jugi corporis castigatione, sed Christi Domini cruciatum meditatione suavem vitam duxit; in deque per universam penè Europam, magnamque Asiam partem, quam Evangelicis predicationibus obivit, sodalitia Septem Dolorum Dei Matris instituit, suamque Ordinem eximio virtutum exemplo propagavit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

Divinae charitatis, & Catholicae fidei dilatandæ ardore vehementer accensus, sui Ordinis Generalis relictans, atque invitus renuntiatus, fratres ad prædicandum Christi Evangelium in Scythiam misit. Ipse vero plura Italiae urbes concursans, gliscentes in eis civium discordias composuit, multasque ad Romani Pontificis obedientiam revocavit; nihilque per studio alienæ salutis omitens, perditissimos homines è vitiorum camino ad penitentiam, ac Jesu Christi amorem perduxit. Orationi summo per addictus, sæpe in extasim raptus visus est. Virginitatem verò adeo coluit, ut ad extremum usque spiritum voluntariis, ac durissimis suppliciiis illibatam custodierit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, & Et ad portas paradisi coro-

navit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica fidelis, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vj.

Efflruit in eo jugiter singularis erga pauperes misericordia; sed præcipue, cum apud Camilianum agri Senensis vicum leproso nudo elemosynam petenti propriam, quæ indutus erat, vestem fuit elargitus, quæ ille contactus, statim à lepra mundatus est: cujus miraculi cum longè lateque fama manasset, nonnulli ex Cardinalibus, qui Viterbium, Cleménte Quarto vita functo, pro successore deligendo convenerant, in Philippum, cujus cœlestem etiam prudentiam perspetam habebant, intenderunt. Quo comperto vir Dei, ne fortè Pastoralis regiminis onus subire cogeretur, apud Tuniatum montem tandem delituit, donec Gregorius Decimus Pontifex Maximus fuerit renuntiatus: ubi balneis, quæ etiam hodie Sancti Philippi vocantur, virtutem sanandi morbos suis precibus impetravit. Denique Tuderti anno milleesimo ducentesimo octogesimo quinto in Christi Domini è cruce pendens amplexu, quem suum appellabat librum, sanctissime ex hac vita migravit. Ad ejus tumulum caeci visum, claudi gressum, mortui vitam receperunt. Quibus aliisque plurimis fulgentem signis Clemens Decimus Pontifex Maximus Sauctorum numero adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingerere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis beati Presbyteri in Evangelium Nolite timere pusillus grex, de Communi Confessoris non Pontificis. lxx.

Ubi Festum S. Bartholomæi Apostoli celebratur xxiv. Augusti pro Vigilia legitur nona Lectio de Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium Hoc est præceptum meum, ut in Vigiliis Apostolorum. j. & in Laudibus fit Commem. per Antiph. & V. de Feria occurrit in Psalterio.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus; ut beati Bartholomæi Apostoli tui, quam pravenimus, veneranda solemnitas & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum nostrum.

Vesperæ de Sancto Bartholomæo Apostolo, cum Commemor. Sancti Philippi Confessoris.

DIE XXIV. vel XXV. AUGUSTI.

In Festo S. Bartholomæi Apostoli. Duplex.

Omnia de Communi Apostolorum, j. præter ea, quæ hic sunt propria.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui hujus diei venerandam sanctamque lætitiâ, in beati Apostoli tui Bartholomæi festivitatem tribuisti: da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Epistola j. ad Corinthios. Sic nos existimet homo, ut in Communi Apostolorum. vj.

In secundo Nocturno,

Lectio iv.

Bartholomæus Apóstolus, Galileus, cum in Indiam cite-

riorem, quæ ei in orbis terrarum sortitione ad prædicandum Jesu Christi Evangelium obvenerat, progressus esset; adventum Domini Jesu juxta Sancti Matthæi Evangelium illis Gentibus prædicavit. Sed cum in ea provincia plurimos ad Jesum Christum convertisset, multos labores calamitatésque perpessus, venit in majorem Armeniam.

R. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: * Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium cœlum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti sunt.

Lectio v.

Ibi Polymium regem & conjugem ejus, ac præterea duodecim civitates ad Christianam fidem perduxit. Quæ res in eum magnam invidiam concitavit illius gentis sacerdotum. Nam usque adeo Astayem Polymii regis fratrem in Apostolum incendérunt, ut in vivo Bartholomæo pellem crudeliter detrahi jussisset, ac caput abscindi: quo in martyrio animam Deo reddidit.

R. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter mercedem vestram, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. **V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

Lectio vj.

Ejus corpus Albanis, quæ est urbs majoris Armeniæ, ubi impassus fuerat, sepultum est: quod

Oo 2

pos-

póstea ad Liparam insulam delatū-
tum, indè Benevèntum translātum
est: postrèmo Romam ab Orthōne
Tertio Imperatōre portātum, in
Tiberis insula, in Ecclesiā ejus nō-
mine Deo dicata, collātum fuit.
Agitur autem Romæ dies festus oc-
tavo Kalēdas Septēbris, & per
octo consequētes dies illa Basili-
ca magnā pōpuli frequentiā cele-
bratur.

R. Isti sunt triumphatōres, & amici
Dei, qui contemnētes jussa prin-
cipum, meruerunt præmia æternā:
• Modò coronantur, & accipiunt
palmam. **V.** Isti sunt qui venierunt
ex magna tribulationē, & laverunt
stolas suas in sanguine Agni. Modò
coronantur. Glōria Patri. Modò.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secun-
dum Lucam.

Lectio vij. *Cap. 6. b*

In illo tempore: Exiit Jesus in
montem orare, & erat pernoctans
in oratione Dei. Et cum dies
factus esset, vocavit discipulos suos.
Et reliqua.

Homilia S. Ambrōsii Episcopi.
*Lib. 5. Comment. in Luc. cap. 6. post
initium.*

Omnes magni, omnes subli-
mes montem ascēdunt. Non
enim cuiuscumque Propheta dicit:
Ascēde in montem excelsū qui
evangelizās Sion: exalta in vir-
tute vocem tuam qui evangelizās
Jerusalem. Non vestigiis corpo-
ralibus, sed factis sublimioribus
in hunc montem ascēde, & sēque-
re Christum, ut ipse esse non
possis. Montes enim in circuitu ejus.
Quare in Evangelio invenies solos
cum Dōmino montem ascendisse
discipulos. Orat ergo Dōminus, non
ut pro se obsecret, sed ut pro me
impetret. Nam etsi omnia poterit
Pater in potestate Filii: Filius ta-

men ut hōminis formam impleret,
obsecrāndum Patrem putat esse pro
nobis, quia advocatus est noster.

R. Isti sunt qui vivētes in carne,
plantaverunt Ecclesiā sanguine
suo: • Cālicem Dōmini biberunt, &
amici Dei facti sunt. **V.** In omnem
terram exiit sonus eōrum, & in
fines orbis terræ verba eōrum. Cāli-
cem Dōmini.

Lectio vij.

ET erat, inquit, pernoctans in
oratione Dei. Species tibi
Christiane datur, forma præscribitur,
quam debeas æmulari. Quid
enim te pro salute tua facere oportet,
quando pro te Christus in ora-
tione pernoctat? Quid te facere
convenit, cum vis aliquod pietatis
officium adoriri, quando Christus
missurus Apostolos, oravit prius, &
solus oravit? Nec usquam alibi, si
non fallor, orasse cum Apostolis
reperitur: ubique solus obsecrat.
Dei enim consilium humana vota
non capiunt: nec quisquam interiō-
rum potest esse patericeps Christi.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit
Dōminus in charitate non ficta,
& dedit illis gloriā sempiternā:
• Quorum doctrinā fulget Ecclesiā,
ut sole luna. **V.** Sancti per fidem
vicērunt regna, operati sunt justitiam.
Quorum Glōria Patri. Quorum.

Lectio ix.

Vocavit, inquit, discipulos suos
& elegit duodecim ex ipsis,
quos ad propagandum auxilium
salutis humanæ educā-
torem satōres fidei destinaret. Simul
advēte cœlestē consilium: non sapientes
aliquos, non divites, non nobiles,
sed piscatōres, & publicānos,
quos dirigeret, elegit: ne tradidisset
prudētiā, ne redemisset divitiis,
ne potētiā nobilitatis: que auctoritate
traxisse aliquos ad suam

suam grātiā videretur: ut veritatis
ratio, non disputationis grātia
prevaleat.

Te Deum laudāmus. 12.

In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Ludovici.

DIE XXV. AUGUSTI.

In Festo S. Ludovici Confessoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris

non Pontif. Iv. præter sequentiā.

Antiphona. Similābo eum viro sapiēti,
qui edificavit domum suam
supra petram. **V.** Amavit eum Dō-
minus, & ornavit eum. **R.** Stulam
glōriæ induit eum.

Oratio.

DEus, qui beatum Ludovicum
Confessorem tuum, de terrēno
regno ad cœlestis regni gloriā
transulisti: ejus quæsumus mēritis
& intercessiōne, Regis regum Jesu
Christi Filii tui facias nos esse con-
sortes. Qui tecum vivit.

**Ubi vero Festum S. Bartholomæi
celebratur die xxv. de Sancto Lu-
dovico fit die xxvj. & in Hym-
no Iste Confessor, dicatur: Hac
die lætus mēruit supremis laudis
hōpores.**

**In primo Nocturno, Lectiones de
Scriptura occurrente.**

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ludovicus Nonus Gallia rex,
duodecim annos natus, pa-
tre amisso, & in Blanchæ ma-
tris sanctissima disciplina educā-
tus, cum jam vigésimum annum
in regno ageret, in morbum incidit:
quo tempore cogitavit de recupē-
randa possessione Jerosolymorum.
Quamobrem ubi convaluisset, ve-
xillum ab Episcopo Parisiensi accē-
pit: deinde mare cum ingenti exer-
citu trajiciens, primo prælio Sara-
cenis fugavit. Sed cum ex pestilen-

tia magna militum multitudo periis-
set, victus ipse, captusque est.

R. Honestum fecit illum Dōmi-
nus, & custodivit eum ab inimicis,
& a seductōribus tutavit illum:

• Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum deduxit Dōminus per
vias rectas, & ostēdit illi regnum
Dei. Et dedit.

Lectio v.

REbus postea cum Saracenis
compositis, liber rex exerci-
tusque dimittitur. Quinque annis
in Oriēte commoratus, plurimos
Christianos à Barbarorum servitute
redēmit, multos etiā infidēles ad
Christi fidem convertit; præterea
aliquot Christianorum urbes refēcit
suis sumptibus. Interim mater
ejus migrat ē vita: quare domum
redire cōgitur, ubi totum se dedit
pietatis officiis.

R. Amavit eum Dōminus, & ornā-
vit eum: stulam glōriæ induit eum,

• Et ad portas paradisi coronavit
eum. **V.** Induit eum Dōminus lorica-
m fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vi.

Multa edificavit Monasteria, &
pauperum hospitia: benefi-
cētiā egētes sublevabat: frequens
visēbat agrōtos: quibus ipse non
solum suis sumptibus omnia suppe-
ditabat, sed etiā, quæ opus erant,
manibus ministrabat: vestitu vul-
gari utebatur, cilicio ac jejūno cor-
pus assidue affligēbat. Sed cum ite-
rum transmisisset bellum Saracenis
illatūris, jamque castra in eorum
conspectu posuisset, pestilentiā de-
cessit in illa oratione: Introibo in
domum tuam, adorābo ad templum
sanctum tuum, & confitebor nōmi-
ni tuo. Ejus corpus postea Lutetiam
Parisiōrum translātum est, quod
in cœlebrī Sancti Dionysii Templo
asservatur, & cōlitur, caput vero
in sacra Æde Sanctæ Capellæ. Ipse

clarus miraculis à Bonifacio Papa Octavo in Sanctorum numerum est relatus.

R. Iste homo perfecit omnia que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad celestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 19. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum & reverti. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 8. in Lucam.

Bonus ordo, ut vocaturus Gentis, & Judas iussurus interfecti, qui noluerunt regnare supra se Christum, hanc pramitteret comparationem, ne diceretur: Nihil dederat populo Iudaeorum, unde poterat melior fieri? ut quid ab eo, qui nihil recipit, exigitur? Non mediocris ista est mna, quam supra mulier Evangelica, quia non invenit, lucernam accendit, lumine querit admoto, gratulatur inventam.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

Denique ex una decem mnas alius fecit, alius quinque. Fortasse iste moralia habet, quia

quinque sunt corporis sensus: ille duplicia, id est, mystica legis, & moralia probitatis. Unde & Matthaeus quinque talenta, & duo talenta posuit: in quinque talentis ut sint moralia, in duobus utrumque, mysticum atque morale. Ita quod numero inferius, re uberius.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

ET hic possumus decem mnas decem verba intelligere, id est, legis doctrinam; quinque autem mnas, magisteria disciplinae. Sed legisperitum in omnibus volo esse perfectum. Non enim in sermone, sed in virtute est regnum Dei. Bene autem quia de Iudaeis dicit, duo soli multiplicatam pecuniam deferunt, non utriusque aeris, sed dispensationis usuris. Alia est enim pecunia fenebris, alia doctrinae celestis usura.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXVI. AUGUSTI.

S. Zephyrini Papae & Martyris.

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Glória & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus; ut beati Zephyrini Martyris tui atque Pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum.

Le.

Lectio iij.

Zeephyrinus Romanus, Severo Imperatore ad regendam Ecclesiam assumptus, sancivit, ut qui ordinandi essent, opportuno tempore, & multis praesentibus clericis & laicis, de more sacris initiarentur: doctique ac spectatae vitae homines ad id officii munus deligerentur. Decrevit praeterea, ut rem divinam facienti Episcopo sacerdotēs omnes astarent. Idem instituit, ut Patriarcha, Primas, Metropolitanus adversus Episcopum non ferant sententiam, nisi Apostolica auctoritate fult. Vixit in Pontificatu annos decem & octo, dies decem & octo. Habuit Ordinationes quatuor mense Decembri, quibus creavit Presbyteros tredecim, Diaconos septem, Episcopos per diversa loca tredecim. Antonino Imperatore martyrio coronatus est, & sepultus via Appia propè cometerium Callisti, septimo Kalendas Septembris.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXVIII. AUGUSTI.

In Festo Sancti Augustini Episcopi, Confessoris & Ecclesiae & Doctoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xli. praeter ea quae sequuntur.

Ad Magnificat. Antiphona.

O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Augustine, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

Ad esto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandae pietatis indulges, intercedente beato Augustino Confessore tuo atque Pontifice, consuetae misericordiae tribue benignus effectum. Per Dominum.

Et fit. Commemor. S. Hermeti. Martyris. Antiphona. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. V. Glória & honore coronasti eum Domine. R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Deus, qui beatum Hermetem Martyrem tuum virtute constantiae in passione roborasti: ex ejus nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despiciere, & nulla ejus adversa formidare. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de libro Ecclesiastici. Sapientiam, de Communi Doctorum. liij.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Augustinus, Tagaste in Africa honestis parentibus natus, ac puer docilitate ingenii aequales longe superans, brevi omnibus doctrina antecelluit. Adolescentens, dum esset Carthagine, in Manicheorum haeresim incidit. Postea Romam profectus, inde Mediolanum missus ut Rhetoricam doceret, cum ibi frequens Ambrosii Episcopi esset auditor, ejus opera incensus studio Catholicae fidei, annos natus triginta tres ab ipso baptizatus. Reversus in Africam, cum religione vitae sanctimoniam conjungens, à Valerio nota sanctitatis Episcopo Hippo-nensi Presbyter factus est. Quo tempore familiam instituit religiosorum, quibuscum victu communi, eodemque cultu utens, eos ad Apostolicae vitae doctrinae disciplinam diligentissime erudiabat. Sed cum vigeret Manicheorum haeresis, vehementius in illam invehi-

Oo 4

ca-

cœpit: Fortunatūque haresiarcham confutavit.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

Lectio v.

HAc Augustini pietate commotus Valerius, eum adiutorem adhibuit Episcopalis officii. Nihil illo fuit humiliter, nihil continentius. Lectus ac vestitus moderatus, vulgaris mensa, quam semper sacra vel lectioe, vel disputatione condiebat. Tantā benignitate fuit in pauperes, ut, cum non esset alia facultas, sacra vasa frangeret ad eorum inopiam sustentandam. Fœminarum, & in eis sororis, & fratris filie contubernium familiaritatemque vitavit: quippe qui diceret, etsi propinque mulieres suspectæ non essent; tamen quæ ad eas ventitarent, posse suspicionem efflicere. Nullum finem fecit prædicandi Dei verbum, nisi gravi morbo oppressus. Hereticos perpetuo insectatus, & coram, & scriptis, ac nullo loco passus consistere: Africam à Manichæorum, Donatistarum, Pelagianorum, aliorumque præterea hereticorum errore magnæ ex parte liberavit.

R. Pōsi adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vj.

TAm multa piè, subtiliter, & copiose scripsit, ut Christianam doctrinam maximè illustrarit.

Quem in primis secuti sunt, qui postea theologicam disciplinam viâ & ratione tradiderunt. Wandallis Africam bello vastantibus, & Hippōnem tertium jam mensem obsidentibus, in febrim incidit. Itaque cum discēssum è vita sibi intelligeret, Psalmos David, qui ad penitentiam pertinet, in conspectu pōsitos profusus lacrymis legēbat. Solēbat autem dicere, neminem, etsi nullius sceleris sibi cōsciū esset, committere debere, ut sine penitentia migraret è vita. Ergo sensibus integris, in oratione defixus, astantibus fratribus, quos ad charitatem, pietatem, virtutesque omnes erat adhortatus, migravit in cœlum. Vixit annos septuaginta sex, in Episcopatu ad triginta sex. Cujus corpus primum in Sardiniam delatum, deinde à Luitprando Longobardorum rege magno pretio redemptum, Ticinum translatum est, ibique honorificè cōnditum.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replata est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium. Vos estis sal terræ, de Communi Doctorum. liv.

In Laudibus fit Commemoratio S. Hermetis Martyris, Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma florēbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui beatum, ut supra. 583.

In Vesperis à Capitulo fit de sequenti Festo.

DIE

DIE XXIX. AUGUSTI.
In Decollatione S. Joannis Baptistæ.
Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xvij. exceptis his quæ hic ponuntur propria.

Capitulum. Jacobi i. b
Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

DEus tuorum militum
Sors, & corōna, præmium,
Laudes canentes Martyris,
Absolve nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blanda fraudum pabula
Imbuta felle deputans,
Pervēnit ad cœlestia.
Penas cucurrit fortiter,
Et sistulit viriliter,
Fundensque pro te sanguinem,
Æterna dona possidet.
Ob hoc precatū supplicii
Te poscimus piissime:
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

Laus, & perennis glória
Patri sit, atque Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula.
Amen.

V. Glória & honore coronasti eum Dōmine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat, Antiphona.
Misso Herodes spiculatore, præcipit amputari caput Joannis in carcere: quo audito, discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus, & posuerunt illud in monumento.

Oratio.

Sancti Joannis Baptistæ, Præcursoris & Martyris tui, quæsumus Dōmine, veneranda festi-

vitæ, salutaris auxilii nobis præster effectum. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Deinde fit Commemoratio Sancti Augustini, Antiphona. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beatæ Augustinæ, divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei. **V.** Justum deduxit Dōminus per vias rectas. **R.** Et ostēdit illi regnum Dei.

Oratio.

Ad esto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Augustino Confessore tuo atque Pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum.

Postea S. Sabinae Martyris, Antiphona. Simile est regnum cœlestium homini negotiatori querenti bonas margaritas: inventa una pretiosâ, dedit omnia sua, & comparavit eam. **V.** Spécie tua & pulchritudine tua. **R.** Intēde, prospere procedē, & regna.

Oratio.

DEus, qui inter cætera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatæ Sabinae Martyris tuæ natalitia cõlimus, per ejus ad te exēpla gradiamur. Per Dōminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitariorum, Hymnus, Antiphonæ, Psalmi, & **V.** Nocturnorum dicuntur de Communi unius Martyris. xvij.

In primo Nocturno.

Incipit Jeremias Propheta.

Lectio j. Cap. i.

Verba Jeremæ filii Helciae, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Bēn-

ja-

jamin. Quod factum est verbum Dómini ad eum in diebus Josiæ filii Amon regis Juda, in tertio décimo anno regni ejus. Et factum est in diebus Joákim filii Josiæ regis Juda usque ad consummationem undécimi anni Sedeciæ filii Josiæ regis Juda, usque ad transmigratió-nem Jerusalem in mense quinto. Et factum est verbum Dómini ad me, dicens: Priusquam te formárem in útero, novi te: & antequam exires de vulva, sanctificávi te, & Prophétam in Géntibus dedi te.

R. Misit Heródes rex manus, ac tenuit Joánnem, & vinxit eum in cárcere, quia metuebát eum, propter Herodiadem, * Quam túlerat fratri suo Philippo uxórem. Y. Arguebát Heródem Joánnem propter Herodiadem. Quam.

Lectio ij.

ET dixi, A a a, Dómine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dóminus ad me: Noli dicere: Puer sum: quóniam ad ómnia, quæ mittam te, ibis: & univérsa, quæcumque mandávero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eórum: quia tecum ego sum, ut éruam te, dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hódie super Gentes, & super regna ut evéllas, & destruas, & disperdas, & dissipas, & ædifices, & plantes.

R. Joánnes Baptista arguebát Heródem, * Propter Herodiadem, quam túlerat fratri suo vivénti uxórem. Y. Misso Heródes spiculatoré, præcépit amputári caput Joánnis in cárcere. Propter.

Lectio iij.

TU ergo accinge lumbos tuos, & surge, & lóqueris ad eos ómnia, quæ ego præcipio tibi. Ne

formídes à facie eórum: nec enim timere te faciam vultum eórum. Ego quippé dedi te hódie in civitatem munitam, & in columannam férream, & in murum æreum, super omnem terram, régibus Juda, principibus ejus, & sacerdotibus, & pó-pulo terræ. Et bellábunt advérsum te, & non prævalébunt: quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut liberem te.

R. Puellæ saltánti imperávit mater: * Nihil aliud petas, nisi caput Joánnis: * Et contristátus est rex propter jusjurándum & propter simul discumbéntes. Y. Ait puella matri sue: Quid petam? At illa ait. Nihil aliud. Glória Patri. Et.

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Ambrósii Episcopi, de Virginibus. Lib. 3. post inírium.

Lectio iv.

QUóniam beáti Joánnis Baptistæ non strictim prætereúnda est recordatió, interest, ut quis, & à quibus, & quam ob causam, quo modo, & quo tempore sit occisus, advértere debeamus. Ab adulteris justus occiditur, & à reis in júdicem capitális sceleris pœna convértitur. Deínde præmium saltatricis, mors est Prophætæ. Postremó (quod étiam omnes bárbari horróre consuevunt) inter épulas atque convivia consummándæ crudelitátis profertur edictum: & à convivio ad cárcerem, de cárcere ad convívium ferális flagitii circumfértur obséquium. Quanta in uno facinore sunt crimina!

R. Justus germinábit sicut lílium: * Et florébit in ætérnum ante Dóminum. Y. Plantátus in domo Dó-

Dómini, in átriis domus Dei nostri. Et florébit.

Lectio v.

QUIS non, cum è convivio ad cárcerem cursári vidéret, putáret Prophétam jussum esse dimitti? Quis, inquam, cum audisset natálem esse Heródis, solémne convívium, puellæ optiõnem eligéndi quod vellet datam, missum ad Joánnem ob solutiõnem non arbitraretur? Quid crudelitáti cum deliciis quid cum funéribus voluptáti? Rápi-tur ad pœnam Prophætæ conviváli tempore, conviváli præcepto, quo non cúperet vel absolvi: perimitur gládió, caput ejus affértur in disco. Hoc crudelitáti ferculum debebátur, quo insatiáta épulis féritas vescerétur.

R. Iste cognóvit justitiam, & vidit mirábilía magna, & exorávit Altissimum: * Et invéntus est in número Sanctórum. Y. Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Et invéntus.

Lectio vj.

INTUERE rex acerbíssime, tuo spectácula digna convivio. Pórtige dexteram, ne quid sevitée tue desit, ut inter dígitos tuos rivi défluant sacri cruóris. Et quóniam non exsaturári épulis fames, non restin-gui póculis pótuít inaudite sevitéa sitis: bibe sánguinem scaturienti-bus adhuc venis exséciti capitis profúentem. Cerne óculos in ipsa morte sceleris tui testes, aversántes conspéctum deliciárum. Claudúntur lúmina non tam mortis necessitáte, quàm horróre luxúria. Os aureum illud exángue, cujus sententiam ferre non póteras, conticéscit, & adhuc timéatur.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus turávít illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. Y. Descenditque cum illo in fóveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii secundum Marcum.

Lectio vij.

Cap. 6. c

IN illo tempore: Misit Heródes, & ac tenuit Joánnem, & vinxit eum in cárcere propter Herodiadem uxórem Philippí fratris sui, quia dúxerat eam. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Sermone 10. in novis Sermonibus.

CUM sanctum Evangélium legerétur, crudelé spectáculum ante óculos nostros constitutum est: caput Sancti Joánnis in disco, ferális missus crudelitátis propter ódium veritátis. Puella saltat, & sávit mater: & inter lascivias & delicias convivantium témere jurátur, & impié quod jurátur, implétur. Factum est Joánni, quod ipse prædixerat. De Dómino enim Jesu Christo dixerat: Illum opórtet crécere, me autem minui. Iste minútus est in capite, ille crevit in cruce: Ódium péperit veritas. Non póuit aquo ánimo tolerári, quòd homo Dei sanctus monébat: qui itique salótem eórum querebat, quos sic monébat. Responderunt illi mala. pro bonis.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuisti ei Dómine, * Et voluntáte labi-orum ejus non fraudásti eum. Y. Quóniam prævenisti eum in benedicti-õnis dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretiósio. Et voluntáte.

Lectio viij.

Quid enim ille diceret, nisi quò plenus erat? Et quid illi respon-

pondèrent, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminavit, sed spinas invenit. Dicebat regi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Vincēbat enim regem libido: tenebat apud se prohibitam uxorem fratris sui. Sed eum tamen sic libebat: ut non saviret. Honorabat eam, a quo verum audiebat: sed mulier detestabilis odium concipiebat, quod aliquando dato tempore pareret. Quando autem parturiebat, peperit filiam, filiam saltantem.

V. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vite & intellectus: & aqua sapientie salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

Pro Sancta Sabina Martyre.

Lectio ix.

Sabina mulier Romana, Valentini viri clarissimi uxor, a Seraphia Virgine Christiane fidei preceptis instituta, post Sancte Virginis martyrium collectas ejus reliquias piis exequiis sepelivit. Quare propter eam causam paulo post Adriano Imperatore comprehensa, Elpidio iudici sistitur. Cui is: Tu ne illa Sabina, & genere & matrimonio nobilissima? At illa, Sum, inquit: sed Domino meo Jesu Christo gratias ago, qui me intercessionem Seraphie famulae suae a demonum potestate liberavit. Quam variam tentatam, ut propositum mutaret, cum a fidei constantia movere non posset, Praefectus, pronuntiata sententia, quod Deos contemneret, capitis damnavit. Ejus corpus a Christianis in eodem sepulchro conditum est, in quo ipsa magistrat fidei suae Seraphiam posterat.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Herodes enim tenuit, & ligavit Joannem, & posuit in carcerem propter Herodiadem. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Antiphona.** Domine mi rex, da mihi in disco caput Joannis Baptistae. **Antiphona.** Puella saltanti imperavit mater: Nihil aliud petas, nisi caput Joannis. **Antiphona.** Arguebat Herodiam Joannes propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo Philippo uxorem.

Antiphona. Da mihi in disco caput Joannis Baptistae: & contristatus est rex propter jurandum.

Capitulum.

Jacob 1, b

Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

Invicta Martyr, unicum Patris secutus Filium, Victis triumphas hostibus, Victor fruens caelestibus. Tui precatus munere Nostrum reatum dilue, Arcens mali contagium, Vitae repellens taedium. Soluta sunt jam vincula Tui sacrati corporis: Nos solve vinclis saeculi. Dono superni Numinis. Deo Patri sit gloria, Ejusque soli Filio, Cum Spiritu Paraclito, Nunc, & per omne saeculum. Amen.

V. Justus, ut palma florēbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Benedictus, Antiphona.

Misso Herodes spiculatorē, praecipit amputari caput Joannis in carcere: quo audito, discipuli ejus venerunt, & tulērunt corpus ejus, & posuerunt illud in monumento.

Oratio.

Oratio.

Sancti Joannis Baptistae, Praecursoris & Martyris tui, quaesumus Domine, veneranda festivitas, salutaris auxilii nobis praestet effectum. Qui vivis & regnas.

Pro Commemoratione S. Sabinae, Antiphona. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Oratio.

Deus, qui inter caetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatae Sabinae Martyris tuae natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Domine mi rex. **Capitulum.** Beatus vir, ut supra.

R. breve. Gloria & honore, Coronasti eum Domine. Gloria. **V.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti. Gloria Patri. Gloria. **V.** Posuisti Domine super caput ejus. **R.** Coronam de lapide pretioso.

Ad Sextam, Antiphona. Puella saltanti.

Ecclesi 15.

Cibavit illum pane vitae & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potavit illum Dominus Deus noster.

R. br. Posuisti Domine, Super caput ejus. Posuisti. **V.** Coronam de lapide pretioso. Super. Gloria Patri. Posuisti. **V.** Magna est gloria ejus in salutari tuo. **R.** Gloriam & magnum decorem impones super eum.

Ad Nonam, Antiphona. Da mihi in disco.

Capitulum.

Ecclesi 39.

Justus cor suum tradidit ad vigilandum diuiculo ad Domi-

num, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. **R.** breve. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Magna. **V.** Gloriam & magnum decorem impones super eum. In salutari. Gloria Patri. Magna est. **V.** Justus, ut palma florēbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Vesperas, Antiphona. Herodes enim tenuit, cum reliquis de Laudibus. 588. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 94. & loco ultimi, **Psalmus** Credidi. 96.

Deinde à Capitulo de sequenti, Commemoratio praecedentis, & SS. Felicis, & Adaveri Martyr.

DIE XXX. AUGUSTI.

In Festo Sanctae Rosae à Sancta Maria Virginis Limanae.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum, lxvij. praeter sequentia.

Oratio.

Bonorum omnium largitor omnipotens Deus, qui beatam Rosam, caelestis gratiae rore praeventam, virginitatis & patientiae decore Indis florescere voluisti: da nobis famulis tuis; ut in odorem suavitatis ejus currentes, Christi bonus odor effici mereamur. Qui tecum vivit & regnat.

Et fit Commemor. Decollationis S. Joannis, Añ. Misit rex incredulus ministros detestabiles, & amputari jussit caput Joannis Baptistae. **V.** Justus, ut palma florēbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio.

Sancti Joannis Baptistae Praecursoris & Martyris tui, quaesumus Domine, veneranda festivitas, salutaris auxilii nobis praestet effectum.

Post.

Postea SS. Felicis & Adaucti Martyrum, Antiphona. Istòrum est enim regnum cœlòrum, qui contempserunt vitam mundi, & peruenierunt ad præmia regni, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni. *V.* Letamini in Dòmino & exultate iusti. *R.* Et gloriàmini omnes recti corde.

Oratio.

Majestatem tuam, Dòmine, supplices exoramus; ut sicut nos jùgiter Sanctòrum tuòrum Commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas. Per Dòminum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura eurrente.

In secundo Nocturno,

Lectio iv.

Primus Americæ Meridionalis flos sanctitatis Virgo Rosa, Christianis parentibus Limæ progenita, mox ab incunabulis clarruit futuræ sanctimonie indicis: nam vultus infantis mirabiliter in rosæ effigiem transfiguratus, huic nomini occasionem dedit: cui postea Virgo Deipara cognomen adjectit, jubens vocari deinceps Rosam à Sancta Maria. Quinquennis votum perpetuæ virginitatis emisit. Adulterior, ne à parentibus ad nuptias cogeretur, clam sibimet venustissimum capitis cesarium præcidit. Jejunis supra humanum modum addicta, integras quadragesimas transégit pane abstinens, ac diètim solis quinque granulis mali citrini victitans.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: *•* Et deducet te mirabiliter dextera tua. *V.* Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendè, prospère procedè, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Habitu Tertii Ordinis Sancti Domini assumpto, pristinas vitæ austeritates duplicavit, oblongo asperimòque cilicio sparsim minusculas acus innèxit: sub velo coronam densis aculeis intròsùs obarmatam interdiu noctùque gestavit. Sanctæ Catharinæ Senensis ardua premens vestigia, catenâ ferreâ, triplici nexu circumductâ, lumbos cinxit. Læctulum sibi è truncis nodosis composuit, horumque vacuas commissuras fragminibus testarum implèvit. Cellulum sibi angustissimum struxit in extremo horti angulo, ubi cœlestium contemplationi dedita, crebris disciplinis, inediâ, vigilis corpusculum extenuans, at spiritu vegetatâ, larvas demonum, frequènti certamine victrix, impavide protrivit, ac superavit. *R.* Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: *•* Propterea unxit te Deus tuus oleo letitiæ. *V.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vj.

Agritudinem tormentis, domesticorum insultibus, linguarum morsibus dirè agitata, nondum satis pro merito se affligi querebatur. Per quindecim annos ad plûsculas horas desolatione spiritus, & ariditate miserimè contabescens, forti animo tulit agones omni morte amariorès. Exinde cepit supernis abundare deliciis, illustrari visionibus, colliquescere seraphicis ardoribus. Angelo tutelari, Sanctæ Catharinæ Senensî, Virgini Deiparæ inter assiduas apparitiones mirè familiaris, à Christo has voces audire meruit: Rosa cordis mei, tu mihi sponsa esto. Dénique Sponsi hujus Paradiso feliciter invectam, plurimisque ante & post obitum miraculis coruscant, Clemens Decimus

Pon-

DIE XXXI. AUGUSTI.

In Festo Sancti Raymundi Nonnati Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, *lv.* præter ea, quæ sequuntur.

In Hymno. Iste Confessor, mutatur tertius versus.

Oratio.

Deus, qui in liberandis fide-libus tuis ab impiòrum captivitate, beatum Raymundum Confessorem tuum mirabilem effecisti: ejus nobis intercessione concede; ut à peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita, liberis mentibus exequamur. Per Dòminum nostrum.

Lectiones primi Nocturni. Beatus vir, qui inventus est sine macula, ut in Comuni Confessoris non Pontificis. *lxiii.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Raymundus, Nonnatus cognomento dictus, quia præter communem naturæ legem è mortuæ matris dissecto latere in lucem eductus fuit, Portelli in Catalonia piis & nobilibus parentibus ortus, ab ipsa infantia futuræ sanctitatis indicia dedit. Nam puerilia oblectamenta, mundique illécebras respiciens, ita pietati operam dabat, ut omnes in piero adultam virtutem admirarentur. Crescente verò ætate, litterarum studiis incubuit; sed mox jubente patre vitam ruri agens, sacellum Sancti Nicolai in Portelli finibus situm crebro adibat, ut sacram Deiparæ imaginem, quæ in eo summâ fideliùm veneratione etiam nunc cõlitur, visitaret. Ibi effusus in preces, ipsam Dei prærentem, ut se in filium adoptare, viam

Pontifex Máximus sanctarum Virginum catalogo ritu solènni adscripsit.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proximæ ejus. *•* Afferentur tibi in lætitia & exultatione. *V.* Spécie tua & pulchritudine tua intende, prospère procedè, & regna. Afferentur. Glória Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium. Simile erit regnum cœlòrum decem, de Comuni Virginum. *lxxv.*

Pro SS. Felice, & Adaucto Martyribus.

Lectio ix.

Felix Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, propter susceptam Christi religionem comprehensus, in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cum juberetur, os simulacri conspuat. Quo facto statim aëra statura cõruit. Quod cum iterum ac tertio in aëde Mercurii, Dianæque factum esset, impietatis, & magicæ artis accusatus, equileo torquetur. Mox ad secundum ab Urbe lapidem viâ Ostiensi ducitur, ut securi feriretur. Cui inter viam oblatus quidam Christianus, cum Felicem agnoscens ad martyrium duci videret, Ego quoque, clarâ voce inquit, eadem, quâ iste, lege vivo: ego enim Jesum Christum colo. Itaque Felicem osculatus, cum eo securi percussus tertio Kalendas Septembris: cujus nomen cum ignotum esset Christianis, is Adaucti nomine nobilitatus est, quod Sancto Martyri Felici adauctus sit ad coronam.

Te Deum laudamus. *12.*

In Laudibus fit Commemoratio de SS. martyrib. Felice, & Adaucto.

Vespera à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis,

viámque salutis, ac scientiam Sanctórum edocere dignaretur, enixè deprecabatur.

B. Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductóribus tutávit illum: **R.** Et dedit illi claritatem eternam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

NEc defuit votis ejus benigníssima Virgo: ab ipsa enim intellexit, gratissimum sibi fore, si Religionem sub titulo de Mercè, seu de Misericórdia Redemptionis Captivórum, eá suggerente nuper fundatam, ingrederetur. Quá monitióne percépta, Barcinóne statim profectus, illud tam præcelléntis erga proximum charitatis institutum amplexus est. Regulári igitur militiæ adscriptus, virginitatem, quam pridem beatæ Virginí consecraverat, perpétuò coluit, cæterisque virtutibus enituit, charitátè præsertim erga Christianos, qui sub potestátè Paganórum miseram in captivitatè vitam degébant. Hos ut redimeret, in Africam missus, cum jam multos à servitute liberasset, ne, consumptá pecuniá, aliis item in próximo abnegandæ fidei discrimine constitútis deesset, se ipsum pignori dedit: sed cum ardentissimo salutis animárum desiderio succensus, plures Mahometanos suis conciónibus ad Christum converteret, in arcem custodiám à barbaris conjectus, variisque supplicis cruciatu, mox labiis perforatis, & serâ ferreâ clausis, crudèle martyrium diu sustinuit.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, **V.** Et ad portas paradísí coronávit

eum. **V.** Induit eum Dóminus lorica fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

OB hæc & alia fórtiter gesta, sanctitátis ejus fama longè latèque diffúsa est: quá permótus Gregórius Nonus, in amplissimum sanctæ Románæ Ecclesiæ Cardínalis collégium Raymúndum adscripsit: sed vir Dei in ea dignitatè ab omni pompa abhórens, religiósæ humilitátis tenacissimus semper fuit. Romam verò pergens, statim ac Cardónam pervénit, extrémò morbo confectus, Ecclesiasticis Sacraméntis muntri summis præcibus postulávit. Cúmque morbus ingravesceret, & sacerdos diutius tardáret, Angelórum ministério, sub spécie Religiosórum sui Ordinis apparentium, salutári viático refectus fuit. Quo sumpto, & grátis Deo peractis, migrávit ad Dóminum Dominicá últimá Augusti, anno millésimo ducentésimo quadragesimo. Mórtui corpus, cum circa locum sepulturæ contentio orta esset, arcæ inclúsus, & multæ cæcæ impósitus, ad sacellum Sancti Nicolái Dei nutu delátum fuit, ut ibi tumularétur, ubi prima jecerat sanctióris vitæ fundaménta. Illic constructo sui Ordinis Cenóbio, à confluentibus voti causâ ex universa Catalónia fidélibus pópulis honorátur, variis miraculis & signis gloriósus.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: **V.** Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cælestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Sint Jumbi vestri ut in Communi Confessoris non Pontificis. **Ivi.** In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis, & SS. Martyrum.

FESTA SEPTEMBRIS.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. cxxxiiij.

DIE I. SEPTEMBRIS.

Sancti Ægidii Abbatis.

Oratio.

Intercéssio nos, quæsumus Dómine, beati Ægidii Abbátis commendet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum.

Deinde ut Commemor. Sanctórum Duodecim Fratrum Martyrum, Antiphona. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Lætámini in Dómino & exultáte justi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Fratérna nos Dómine, Mátyrum tuórum coróna lætificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutis, & multiplici nos suffragio consolétur. Per Dóminum.

Lectio iij.

ÆGidius Atheniénsis, régis stirpis, à prima ætate divinis literis, & charitátis officiis ita deditus fuit, ut nihil præterea curare viderétur. Itaque parentibus mórtuis, totum patrimo-

Part. Festiva.

nium in pauperes erogávit: quin etiam tunicam exiit, ut agrórum egentem tégeret: quá ille inquit statim conváluit. Sed multis deinceps clarior miraculis, tímens sui nóminis celebrítatem, Arelætam ad beatum Cæsárium conténdit: a quo post biénium discédens, secéssit in erémum: ubi diutius herbárum radicibus, & cervæ lacte, quæ statim ad eum oris veniebat, admirabili sanctitatè vixit. Quæ cerva, insequeñtibus quodam die cánibus régiis, cum in antrum Ægidii refugisset, Galliæ regem impulit, ut ab eo summis præcibus peteret, ut in loco spelúnçæ Monastérium extrui pateretur. Cujus administratióne, flagitante rege, inventus suscepit: eoque munerè aliquot annis prudénter piæque gesto, migrávit in cælum.

Te Deum laudámus. 12. In Laudibus ut Commemoratio SS. Duodecim Fratrum Martyrum, Antiphona. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus melliores estis vos. **V.** Exultábunt Sancti in glória. **R.** Lætábuntur in cubilibus suis. **Oratio.** Fratérna nos, Dómine, ut supra.

DIE II. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Stephani Hungariæ Regis Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis. **Ivi.** præter ea quæ hic ponuntur.

In Hymno. Iste Confessor, dicitur: Hac die lætus méruit suprémos Laudis honóres.

Oratio.

Concède, quæsumus Ecclesiæ: tuæ omnipotens Deus; ut beatum Stephanum Confessorem

Pp

tuum,

tuum, quem regnāntem in terris propagatōrem habuit, propugnātōrem habere mereatur gloriōsum in cœlis. Per Dōminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

STēphanus in Hungariam Christi fidem, & regium nomen vēxit, regia coronā à Romāno Pontifice impetrāta, ejusque jussu in Regem inunctus, regnum Sedi Apostolicæ obtulit: varia pietatis domicilia Romæ, Jerosolymis, Constantinopoli; in Hungaria Archiepiscopātum Strigoniensem, Episcopātus decem, admirabilis religione, & magnificentia fundavit. Par in pauperes amor & liberalitas, quos vēluti Christum ipsum complectens, neminem à se mœrentem, ac vacuum unquam dimisit quin ad eorum inopiā sublevandam, amplissimis facultatibus erogatis, domesticam quoque supellectilem eximia benignitate frequenter distribuit: suis insuper manibus lavare pauperum pedes, noctu solus & ignotus nosocomia frequentare, decumbentibus inservire, ac cætera charitatis officia exhibere consuevit: quarum virtutum merito illius dextera, resolutō cætero corpore, incorrupta permansit.

R. Honestum fecit illum Dōminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

ORāndi studio noctes penē totas ducebat insomnes, atque in cœlestium rerum contemplatiō-

ne defixus, interdum extra sensus raptus, sublimis in aëra ferri visus fuit. Perduellium conspirationes, ac validorum hostium impetus, miro prorsum modo, non semel orationis præsidio evitavit. Susceptum ex Ghisella Bavaria Sancti Henrici Imperatoris sorore, quam sibi matrimonio junxerat, Emericum filium tantam morum disciplinā, talique pietate enutrivit, quantum ejus postea sanctitas declaravit. Regni verò negotia ita disposuit, ut accitis undique prudentissimis, ac sanctissimis viris, nihil unquam sine illorum consilio molirētur. Humillimis interim precibus in cinere & cilicio Deum deprecans, ut univèrsam Hungariæ regnum, antequam è vita migraret, Catholicum videre mereretur. Verè propter ingens dilatandæ fidei studium, illius gentis Apostolus nuncupatus, facta à Romano Pontifice ipsi, posterisque Regibus præferendæ Crucis potestate.

R. Amavit eum Dōminus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dōminus loriceam fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vi.

DEi Genitricem, quam ardentissime venerabatur, amplissimo in ejus honorem constructo templo, Hungariæ patrōnam instituit; ab eadem vicissim Virgine acceptus in cœlum ipso suæ Assumptionis die, quem Hungarij è Sancti Regis instituto Magnæ Dōminæ diem appellant. Sacrum ejus corpus suavissimo fragrans odore, liquore cœlesti scattens inter multa, & varia miracula, Romani Pontificis jussu, nobiliorem in locum translātum est, atque honorificentius conditum.

Ejus

Ejus autem Festum Innocentius Undecimus Pontifex Maximus quarto Nonas Septembris, ob insignem victoriam ab exercitu Leopoldi Primi Romanorum electi Imperatoris, & Hungariæ regis eadem die in Budæ expugnatione, ope divina, è Turcis reportatam, celebrandum instituit.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Glòria Patri. Quia.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Ambrosii Episcopi in Evangelium Homo quidam nobilis, ut supra in Festo Sancti Ludovici Confessoris, xxv. Augusti, 581.

DIE V. SEPTEMRIS.

In Festo Sancti Laurentii Justiniani Episcopi & Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xj. præter sequentia. In Hymno, Iste Confessor, dicatur: Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Oratio.

DA, quasumus omnipotens Deus; ut beati Laurentii Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dōminum nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

LAurēntius ex illūstri Justinianorum familia Venētis natus, eximiam vel puer morum

gravitatem præ se tulit. Exacta inter pietatis officia adolescentiā, ad castum verbi, & animæ continentiam à divina Sapientiā invitatus, de religiose vitæ instituto capessendo deliberare cepit. Novæ itaque militiæ clam prolūdens, præter alias corporis afflictiones, super nudos cubabat asseres, sedensque velut arbiter hinc inter sæculi blandimenta, paratāsque à matre nuptias, illinc claustrales inter austeritates, oculis in Christi patientis crucem conversis: Tu, inquit, es Dōmine spes mea, ibi posuisti certissimum refugium tuum, ad Canonicorum Sancti Georgii in Alga Congregationem convolvit, ubi novis excoGITATIS cruciatibus acerbis in seipsum, veluti in hostem infensissimum, instans bellum, nullam adeo sibi oblectationem indulgebāt, ut ne in domesticum unquam hortum, nec in paternam quidem domum, nisi eum morientī matri extrēmā pietatis officia sicis oculis persolvit, exinde intraverit. Par erat obedientiæ, mansuetudinis, ac præcipue humilitatis studium, cum abjectissima quæque Connobii munia sibi ultrò desumeret, celebrissima per urbis loca, non tam victum, quam ludibria emendicaret, illatasque contumelias, ac calumnias, immotus ac silens perferret; assidue præsertim orationis subsidio, quæ sæpè per mentis excessum rapiébatur in Deum, tantoque cor ejus aestuabāt ardore, ut nūntantes etiā sodales ad perseverantiam, ac Jesu Christi amorem inflammaret.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim.

Lectio v.

AB Eugénio Quarto patrre Episcopus designatus, quem magna contentione detrectaverat, maiori gessit cum laude: nam consueta vivendi ratione nihil admodum immunita, paupertatem, quam semper colerat, in mensa, suppellectili, ac lecto perpetuo retinuit: modicum domi alebat familiarum, quod grandem alteram sibi esse diceret, pauperes Christi significans. Quacumque adiretur hora, praeo omnibus erat, paternam omnes charitate allevabat, non renuens, vel ere se alieno gravare, dum illorum ne inopia deesset; rogatus qua spe id faceret? Domini mei, qui pro me dissolvere facile poterit, respondebat. Spem autem non confundere divina providentia submissis inopinato subsidiis jingiter declarabat. Plura Virginum Monasteria construxit, quas etiam ad perfectioris vitae rationem sua vigilantia composuit. Matronis a saeculi pompis, & ornatis vanitate revocandis, Ecclesiasticae disciplinae, ac moribus reformandis maximore studuit: dignus sane qui ab eodem Eugénio gloria, & decus Praesulum coram Cardinalibus vocaretur, & qui a Nicolao Quinto eius successore, translato e Gradensi civitate titulo, primus Venetiarum Patriarcha renuntiaretur.

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus

Lectio vi.

LAcrymarum dono insignitus, omnipotenti Deo placationis hostiam quotidie offereret, quod cum aliquando nocte Dominice Nativitatis perageret, Christum Jesum

sub pulcherrimi infantis specie videre promeruit: tantumque in eo erat commissi gregis praesidium, ut celestis stetitis Rempublicam, Pontificis sui intercessionem, ac meritis stetitis Rempublicam, Proprietate spiritu afflatus, plura humanae cognitionis prorsus impervia praedixit: morbos ac daemones suis precibus saepe fugavit: libros etiam coelestem doctrinam, ac pietatem spirantes, grammatica pene rudis, conscripsit. Denique cum lethalem incidisset in morbum, & commodiorem domestici lectum seni, atque aegro pararent, aversatus ejusmodi delicias, tamquam a durissima morientis Domini sui cruce plus nimio abhorrentes, consueto in stramine se jussit deponi, & finem vitae suae adventare pranoscens, sublatis in caelum oculis, Venio, inquit, ad te, o bone Jesu: ac die octava Januarii obdormivit in Domino. Pretiosam ejus mortem testati sunt Angelici concentus a Carthusianis quibusdam Monachis auditi, & sacrum cadaver per duos ultra menses inhumatum, suavi fragrans odore, & rubescente facie integrum, atque incorruptum, ac nova post mortem patrata miracula; quibus permotus Alexander Octavus Pontifex Maximus eum Sanctorum numero adscripsit; Innocentius vero Duodecimus quintam Septembris diem, qua vir sanctus ad Pontificiam primam Cathedram fuerat evectus, celebrando illius festo assignavit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est. **V.** Ipse intercédât pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercédât. Gloria Patri. Ipse intercédât.

In

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Homo peregrè proficiens, de Comuni Confessoris Pontificis. xlvij.

DIE VII. SEPTEMBRIS.

In Nativitate B. Mariae Virginis. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Nativitas gloriosa, cum reliquis. Antiphonis de Laudibus, 600. Psalmi, Capitulum, & Hymnus, ut in Officio parvo B. Mariae exvi. **V.** Nativitas est hodie Sanctae Mariae Virginis. **R.** Cujus vita inclya cunctas illustrat Ecclesias.

Ad Magnificat, Antiphona. Gloriosa Virginis Mariae ortum dignissimum recolamus, quae & Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

Oratio.

FAmulis tuis, quaeumus Domine, caelestis gratiae munus impertire; ut quibus beatae Virginis partus exitit salutis exordium, Nativitatis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatorium. Nativitatem Virginis Mariae celebramus: **V.** Christum ejus Filium adoramus Dominum. **Psalmus.** Venite, exultemus. **I.** Hymnus. Quem terra, Antiphonae & Psalmi Nocturnorum, ut in ejus Officio parvo. cxxij.

In primo Nocturno.

V. Specie tua & pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procede, & regna. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine. **V.** Jube domine benedicere. **Benedictio.** Benedictioe perpetua.

Incipiunt Cantica canticorum.

Lectio i.

Cap. i.

Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentula dilexerunt te. Trahe me: post te cursum in odorem unguentorum tuorum. Introdixit me Rex in cellaria sua: exultabimus & letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum: recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filiae Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

R. Hodie nata est beata Virgo Maria ex prole David: **V.** Per quam salus mundi creditibus apparuit, cujus vita gloriosa lucem occidit saeculo. **V.** Nativitatem beatae Mariae Virginis cum gaudio celebramus. Per quam. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Nolite me considerare quod filia sim, quia decoravit me sol: fusca matris meae pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiivi. Indica mihi, quem diligis anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egerere, & abi post vestigia gregum, & pasce haedos tuos juxta tabernacula pastorum. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. Pulchrae sunt genae tuae sicut turris: collum tuum sicut moenia.

R. Beatisse Virginis Mariae Nativitatem devotissime celebramus: **V.** Ut ipsa pro nobis intercédât ad Dominum Jesum Christum. **V.** Cum

Pp 3

ju-